



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

§. 55. Jubilæum universale initio Pontificatus indictum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](#)

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

§. LV.

Jubilæum universale initio Pontifica-tus indicatum.

His ita peractis Benedictus Papa ad exorandam "Dei opem pro fausto regimine Jubilæi universalis gratiam dispensavit, edita die undecima Novembris Constitutione Apostolica, in cuius exordio eadem ferme, quæ S. Collegio exposuerat, ante omnes fideles præfatus est. En ipsius verba:
„Lætiora Apostolicæ servitutis auspicia
„offerri Nobis minime poterant, quam
„ut tanto onere per studiosissima & con-
„cordia Venerabilium Fratrum nostro-
„rum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi-
„naliū suffragia tenuitati nostræ im-
„posito, in Domino consideremus, om-
„nia consilia, acta & opera in Catho-
„licæ Ecclesiæ procuratione a Nobis
„suscipienda conficiendaque, ad Divini
„nominis gloriam, ad Orthodoxæ Fi-
„dei præsidium, ad Sacrosanctæ Reli-
„gionis incrementum, & ad æternam
„animarum salutem semper fore re-
„dundatura. Postquam igitur debitas
„laudes gratiasque persolvimus bono-
„rum omnium largitori Deo, qui, ut
„ostendat divitias gloriæ suæ in vasa mi-
„sericordiæ, dispositione mirabili infirma
Hist. Eccl. Tom. LXXVI. Xx ele-

Sæc. XVIII.

A. C. 1740

„elegit; eidem, cui aperta & nuda
 „sunt omnia, in simplicitate cordis no-
 „stri revelavimus trepidationem ne-
 „stram, & argumenta omnia sollicitu-
 „dinus ac timoris animo nostro ob in-
 „gentem Pontificiarum curarum mollem
 „sese undique ingerentia. Nec omisi-
 „mus cum gemitibus & lacrymis pro-
 „sternere preces nostras ante facien-
 „Dei nostri, ut per merita Iesu Christi
 „Filii sui Pastorum Principis, cajus
 „supremas in terris vices gerimus, re-
 „quiescere faciat super Nos spiritum
 „Domini, Spiritum Sapientiæ & in-
 „tellectus, Spiritum consilii & fortitu-
 „dinis, Spiritum scientiæ & pietatis,
 „& replete Nos spiritu timoris Domini;
 „ut non secundum visionem oculorum
 „judicemus, neque secundum auditum
 „aurium arguamus in æquitate pro-
 „mansuetis terræ..”

„Verum infirmitatem nostram probe
 „agnoscentes, nec de tam cœlesti fa-
 „vore ac benedictione Nobis certo pol-
 „liceri audentes; sed minime dubitan-
 „tes, quin concors totius Catholicae
 „Ecclesiæ ad misericordiarum Patrem
 „supplicantis oratio potentissima sit,
 „ut ille uberrimam omnium cœlestium
 „Charismatum copiam super Nos be-
 „nignus effundat, universos Christi fide-
 „les rogamus, atque in Domino ex-
 „hor.”

„hortamur, ut nostris suas etiam ala- Sæc. XVIII.
 „crius conjungant publicas ferventio- A. C. 1740.
 „resque precationes, supplicationes,
 „jejunia, eleemosynas, atque alia pie-
 „tatis opera, hoc præsertim tempore
 „in quo Carolo claræ memoriæ, dum
 „viveret Romanorum Rege in Impera-
 „torem electo nuper defuncto, pro novi
 „Romanorum Regis futuri Imperatoris
 „electione Comitia habenda sunt; dum
 „Nos, juxta antiquissimum Romano-
 „rum Pontificum Prædecessorum no-
 „strorum morem, cœlestes Ecclesiæ
 „thesauros dispensationi nostræ credi-
 „tos erogamus, atque elargimur &c.

§. LVI.

Diffensionum Reliquæ ab eodem Pon- tifice penitus sublatæ.

Cum Benedicti XIV. Papæ ingressus
 ad supremum Apostolatum omnino
 pacificus fuisse, inter prima curarum
 habuit, ut dissidia, quæ inter Sedem
 Sacram, & quosdam Principes Catho-
 licos adhucdum gliscere videbantur,
 radicibus extirparet. Præprimis igitur
 reconciliationem cum Joanne V. Lusi-
 tano Rege a Clemente XII. cœptam fe-
 liciter absolvit: crebra enim habita
 consultatione cum P. Evora, cui Rex
 plenam agendi facultatem demanda-

X x 2 verat